



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

105. An confessarius sæcularis possit absolvere Novitios Regulares etiam
à peccatis in Religione reservatis? Ex p. 3. tr. 2. r. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

De Dubiis Regularium. Resol. CIII. &c. 77

gendam esse facultatem absolvendi a referuatis. Nam respondeo, quod si talis Religiosus extra Monasterium se inuenit, non habens expressam licentiam sui Prælati, vt absoluat a casibus referuatis, atque sine scandalo non potest celebrare, tunc in tali casu bene potest accedere ad celebrandum; nam idem exultimandum est de illo, ac si non haberet copiam Confessoris: satique illi est, vt procuret habere contritionem. Ita Miranda, & ego.

RESOL. CIII.

An Regularis extra Monasterium existentes possint à peccatis referuatis absolui? Et an hoc non valeat pro casibus ab ipsissimis Superioribus referuatis? Ex part. 8. tractat. 7. & Misc. Resol. 78.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Eusebius de Herrera in decisionibus moralibus, dicit. 9. numer. 23. vbi sic asserit: *Aduerto, que Inocencio Octauo concedio a los Padres del Orden de Predicadores, Monachos extra Monasterium Ordinis existentes de licentia suorum superiorum, cuiuscumque Regulari seu seculari Sacerdoti confiteri possit, & cum eo à quocumque crimine quomodocumque referuato, sicut Confessores Ordinis eos absoluerit, & cum eidem dispensare possint. Y esta concession esta en pie yd ella se hace mencion en el compendio del Cistel, §. 5. y la trae Manuel Rodriguez tom. 1. question. 62. articulo. 5. de donde consta, que los Religiosos que se peden ser absoluidos de los casos referuados por qualquier Confesor de su orden aunque no tengan las voces del superior. Item, los Religiosos que andau fuera de la orden confesarse con qualquiera confesor aprouado regular, o secular, el qual los puede tambien absolver, de los referuados conforme a el tenor de la clausula, y para esto no es necesario pedir licencia expressa al Prelado, sino que basta la presumpcia. Como lo tiene Angles, en su suma libro 4. questione 8. de Confess. articulo. 8. difficult. 2. Siluestro verb. Confessor. 1. numer. 6. y lo insinua Rodriguez. vbi supra. De donde se colige que los dichos Religiosos quando andan fuera de sus Conuentos, pueden usar con mayor seguridad de la facultad de la Bula, pues demas de los fundamentos que pusimos tienen esta concession de Inocencio Octauo, para poder ser absoluidos de los referuados, de la qual per participacionem gozan todos los demas mendicantes. Ita ille.*

2. Sed nota, quod hoc priuilegium non valet pro casibus referuatis ab ipsismet superioribus Regularium, nam Innocentius asserit, Regulares existentes extra claustra, posse absolui à secularibus, sicut Confessarij Ordinis poterant illos absoluerit. Sed Ordinum Confessarij non possunt illos absoluerit à casibus superioribus referuatis sine eorum licentia. Ergo, &c.

3. Nec sufficere, vt vult perperam Herrera in nostro casu præsumptam superiorum licentiam, ego alibi satis probaui; quoad verò facultatem vtendi priuilegio Bullæ Cruciatæ nominatim contra Heretiam sans doctæ & latè differit nouissime, me citato, P. Lugo de Sacrament. Penitentia, disput. 1. sect. 1. numer. maxime post Bullam sanctissimi D. N. Urbani VIII. vt etiam, me citato, tenet tandem Agidius Trullench in secunda editione Bullæ Cruciatæ, vbi latè hanc pertractat questionem; licet tanquam probabilem admittat contrariam sententiam P. M. Candidus, tom. 2. disput. 24. articulo. 6. dub. 4. qui tamen nullam facit mentionem de suprascripta Bulla Pontificis Ur-

bani VIII. quod miror, cum Romæ scripserit, & sit diligentissimus; vnde nostram sententiam maxime post dictam Bullam Urbani VIII. tenendam esse, docet Gauntius in Manual. Episcop. verbi. Regularium inra sub Episcopo, n. 84. vide etiam Barbofam in collect. v. Bulla, quibus omnibus adde noui quidam Ioan. Machadum de presert. Confess. tom. 1. lib. 1. part. 2. tr. 3. doctum. 2. n. 4. vbi me citato, stante dicta Bulla Urbani VIII. nostram sententiam tenet.

RESOL. CIV.

Quidam Religiosus, cum in casum referuatum incidisset, ex industria cuiusdam negotij se transfudit in aliam ciuitatem, vt ibi absolueretur, que fuit, an valida fuisse illa confessio?

Et explanatur etiam idem quoad seculares ex S. Cardinalium Congregatione, id est, quod casus referuati non possint absolui etiam à Confessario pro illo loco, in quo non sunt referuati, si penitens malitiosè discedat à sua Diocesi, in qua sunt referuati, & tendat ad Confessarium alterius Diocesis. Ex p. 6. tract. 7. & Misc. 2. Resol. 57.

§. 1. **A**ffirmatiuè ad hunc casum respondet Stephanus Bauny in Theol. moral. part. 1. tract. 4. quest. 8. dub. 5. vbi sic ait. An si Religiosus habens casum referuatum, eo appellat, vbi non est, de eo absolui possit à quolibet de expositis in eo Cœnobio? Respondendum posse, causa est, quod in absolvendo, leges quisque suæ Prouincie, Cœnobij aut Episcopatus sequi debeat, & non alterius; ergo si in eo Conuentu, ad quem ex itinere Regularis deflexit, peccatum cuius est ipse conscius, non est de numero referuatorum in eo Cœnobio, de eo à Confessario quolibet, qui authoritatem ad cætera remittenda communem habet, absolui poterit, etiam si dedita opera eò prædictus penitens venisset, ne se Superiori petenda venia causa cogereur sistere. Ita Bauny.

2. Sed contrariam sententiam tenet Zambellus in Repert. mor. ver. casus referuati, num. 26 vbi sic asserit. Casus referuati non possunt absolui etiam à Confessario pro illo loco in quo non sunt referuati, si penitens malitiosè discedat à sua Diocesi, in qua sunt referuati, & tendat ad Confessarium alterius Diocesis, ex S. Congreg. Card. die 19. mensis Nouemb. 1616. & hanc opinionem sequi videtur etiam Lupus de cas. referu. p. 1. dist. 8. art. 2. difficult. 1. n. 3.

RESOL. CV.

An Confessarius secularis possit absoluerit Nouitios Regulares etiam à peccatis in Religione referuatis? Ex p. 3. tract. 2. Resol. 4.

§. 1. **N**egatiuam sententiam tenet Peregrinus in comment. ad nostras constitut. part. 2. cap. 5. lit. K. vbi sic asserit. Aduerti debet, quod Nouitiorum confessiones audiendi coram soli Magistro Nouitiorum committi debet, semel tamen vel bis in anno, id etiam licebit Superiori, vel cui ille commiserit, vt patet ex decreto Clementis VIII. in illis verbis, *Quilibet Nouitius, &c.* & ex hoc decreto apparet manifestè quod nullus alius præter nominatos in dicto decreto habet facultatem audiendi confessiones Nouitiorum, & si alij de facto audiant & absoluant, confessio erit nulla ex defectu potestatis Confessarij. Ita ille qui nullam auctorem pro hac sententia adducit: sed poterat, nam illam tenet etiam ex

Sup. hoc ne deferat legere doctrinam R. not. seq. à pr. & aliarum eius primæ annot.

Sup. hoc in to. 1. tr. 5. R. 50 §. vic. & in aliis eius annot.

Sup. hoc in R. f. q. & in R. 1. post. seq. lege eius doctrinam. & §. eius annot. & inferius in tr. 3. R. 53 §. 2. ad lin. 3. & cum Villalobos tantum in §. seq. cit. in co. 4. tr. 3. R. 33 §. 1. curiam in sui



nostris Megala in 1. par. lib. 2. cap. 8. numer. 20. & Vecchius in praxi Nouitiorum, disput. 10. dub. 3. num. 3. Tamburinus de iure Abbatum, tom. 2. disp. 6. q. 6. num. 11. & alij

2. Sed contrariam sententiam proflus sustinendam esse puto, quam tuetur ex nostris Molfesius in summ. tom. 1. tract. 7. cap. 4. num. 81. Ortiz in summ. cap. 5. num. 11. Homobonus in exam. Eccles. part. 1. tract. 5. cap. 2. quest. 13. Rodriguez in qq. Regular. tom. 1. quest. 27. art. 11. Portel in dub. Regu. verb. Nouitij absoluto, num. 36. Petrus Fey in addit. ad 3. p. D. Thom. quest. 3. art. 5. disput. 6. Villalob. in summ. tom. 1. tract. 9. diff. 56. num. 6. Miranda in manuali Pralatorum, tom. 2. quest. 34. art. 16. in fine. Riccius in praxi tom. 4. resolut. 241. num. 3. vbi asserit opinionem peregrini esse contra communem, & alij. Ratio est, quia Nouitij ante professionem sunt in hoc ad instar secularium, & ideo si consecrantur cum approbato ab ordinario, valida erit confessio, nullibi enim videtur expressum contrarium, & ideo casus reservatio Superiorum Monasterij illos non comprehendit, vt notatur Portel, Fey, Villalobos, & Miranda vbi supra, quibus adde Azorium tom. 1. lib. 12. cap. 2. quest. 10. Vegam in summ. tom. 2. cap. 50. cap. 6. Billochium de cas. reseru. part. 1. quest. 2. num. 109. Vgolinum de potest. Episcopi. part. 2. cap. 35. § 1. num. 5. Coriolanus de cas. reseru. part. 1. sect. 3. artic. 18. n. 3. & 4. Floronum de cas. reseru. part. 1. cap. 3. num. 7. Emanuelem Sa ver. casus, numer. 8. Graffium in appen. lib. 1. cap. 7. num. 69. Homobonus de cas. reseru. part. 1. cap. 32. Ioan de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 10. qui citat Ledesnam. Quidquid in contrarium asserat nouissimè Layman. in Theolog. moral. lib. 4. tract. 5. § 6. numer. 4. Corduba in qq. lib. 1. quest. 3. Rodriguez in Bulla Cruciatæ, §. 9. num. 26. Vecchius in praxi Nouitiorum, disput. 9. num. 2. & alij.

Sup. hoc inf. in R. 107 & in alijs eius annot.

Lege objectionem contra hanc doctrinam in to. 6. tr. 1. R. 27 & sup. hoc cum eisdem authoribus, inf. in R. 122 §. Ad aliud & in alio §. & v. eius annot.

3. Dicendum est igitur Confessionem Nouitiorum etiam à peccatis reservatis suis superioribus, factam coram quocunque Confessario seculari, vel regulari, ab Episcopo tamen approbato validam, & firmam esse. Nec obstat huic sententiæ Decretum Clem. VIII. quod asserit Peregrinus pro sua firmata opinione; nam respondeo cum Molfesio vbi supra n. 83. & Alphonso de Leone in tract. de offic. & potest. confess. tom. 2. recollect. 111. num. 151. & 152. & alijs; Decretum illud non esse latum à Pontifice per modum præcepti irritantis confessionem aliter factam, sed per modum Regulæ, & consilij. Vide etiam circa præsentem questionem Henriquez lib. 6. cap. 16. num. 3. in glossa lit. X. & lib. 7. cap. 22. in glossa lit. X. & P.

4. Notandum est tamen, quod nos locuti sumus de validitate confessionis; nam de cætero existimo quòd talis Nouitius deberet expelli à Religione. Ita Molfesius, Coriolanus, & Rodriguez vbi supra.

RESOL. CVI.

An quilibet Confessarius secularis, vel Regularis possit absolvere Nouitios, etiam à peccatis reservatis in Religione?

Et inferre posse Confessarios designatos à Superiore dominus excipere confessiones Clericorum professorum manentium sub Magistro?

Et deciditur, quòd quando præceptum est dubium non obligat. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 5.

§. 1. **A**ngor in rebus tam claris tempus contemere, sed Peregrinus vbi supra quest. 8. ne-

gatiuam sententiam docet, nixus autoritate decreti Clem. VIII. de reformat. Nouit. & licet ego in 3. part. tract. 2. * resolut. 4. dixissem aduersus illum cum nostris Molfesio & Leone in dicto decreto Pontificem loquutum fuisse consultiuè, non autem præceptiuè: ipse tamen iterum docet, tale decretum à Summo Pontifice latum fuisse per modum præcepti, vt patet ex verbis §. 94. Ipsi autem soli Magistro Nouitiorum confessiones audiendi cura committitur; liceat tamen Superiori etiam locali, si ita expedire iudicauerit, vel per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum semel, aut bis in anno eorundem Nouitiorum confessiones audire, quæ verba, vt dixi, putat Peregrinus imponere Præceptum, Primò ex illo verbo, committatur, & ex alio verbo, Magistro soli Nouitiorum. Secundo quia Clem. VIII. in dicto decreto præscribit formam educationis Nouitiorum circa administrationem sacramenti Pœnitentiæ, sed forma non seruata facit actum nullum; ergo, &c.

2. His tamen non obstantibus contrariam sententiam teneo, quam docent committere Doctores, quos ad fatietatem adduxi in cit. resolut. 4. quibus nunc addo Nouarium de elect. fori, sect. 2. quest. 63. num. 13. Henriquez lib. 6. cap. 16. num. 3. in glossa lit. X. Faustum in Theol. moral. part. 2. lib. 8. quest. 53. & Aloysium Bariolam in Aphorism. lit. N. verb. Nouitij §. 15. vbi sic ait: Nouitij à censuris absolui possunt, & à casibus reservatis in Religione per illos confessarios, per quos poterant absolui in saculo etiam inconsultis Regularibus Prelatis, quia non sunt verè & realiter Religiosi, & ideo non ligantur Regulæ, nec Religionis statutis. Ita ille.

3. Sed restat respondere ad argumenta Peregrini & ad primum dico, Sebastianum à Bononia correctum in tractat. de elect. part. 2. cap. 1. dub. 56. num. 4. docere aliquas Religiones, inter quas nostram enumerat, non includi in dicto decreto, sed quidquid sit de hoc, respondeo verba decreti neque esse præceptiuam, neque, vt vult Peregrinus, equipollentia præcepto; nam, vt affirmat communis Doctorum sententia, verba equipollentia præceptis sunt hæc, debeant, teneantur, necessarii, necesse est, non potest, &c. ergo non est dicendum quòd in dictis verbis, committatur soli Magistro Nouitiorum, incl. datur præceptum, quòd etiam probatur, quia dicta verba imperatiua sunt, vt patet, sed verba Imperatiua, vt docet Caiet. in 2. 2. quest. 166. artic. 4. circa solutionem ad 2. Castrus de leg. pæn. lib. 1. cap. 5. document. 4. Carbo de legibus, lib. 7. disput. 4. ad fin. Sayrus lib. 3. cap. 7. num. 16. Nauatrus in manuali cap. 23. num. 49. Emanuel Sa ver. lex num. 6. non habent vim legis, & præcepti obligantis ad culpam mortalem; ergo dicendum est supradictum decretum minime præceptiuum, sed consultiuum esse.

4. Quod euidenter confirmatur: nam quando præceptum est dubium, non obligat, vt docet Henriquez lib. 8. de Euchar. cap. 45. num. 3. in glossa lit. P. Suarez in 3. part. tom. 5. disp. 40. sect. 5. numer. 1. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disput. 41. num. 36. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 1. diff. 21. num. 4. Emanuel Sa ver. dubium, num. 2. Castrus Paulus in 1. disp. 3. puct. 7. num. 1. quia in hoc dubio stat possessio pro libertate, sed in nostro casu Peregrinus non potest negare esse dubium, an in dicto decreto contineatur præceptum, ex rationibus adductis, & ex Doctoribus, qui nostram sententiam tenent; ergo dicendum est supradictum decretum non esse præceptiuum, sed consultiuum.

5. Confirmantur etiam supradicta ex absurdo, quia si opinio peregrini esset vera, Nouitij in re tam graui,